

Stephanus Galdeti

⟨De rhetorica⟩

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress

20.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

⟨De rhetorica⟩

|| Assit principio virgo Maria meo

P1 135r

Tria sunt genera causarum que debet recipere orator scilicet
causarum secundum Aristotelem et Tullium: demonstrativum, deli-
5 berativum, iudiciale — 3. Quinque sunt que debet orator facere seu in
se habere secundum Tullium: inventio, dispositio, elocutio, memoria,
proanuntiatio — 5. Hec quandoque tribus rebus assequi possunt cuius
universali est in omni arte practica: arte, immitatione, exercitione — 3.
Inventio in sex partes secundum Tullium dignoscitur didenda: exordium,
10 narratio, divisio, confirmatio, confutatio, conclusio — 6. Temata super
quibus exordium et cetera quedam sunt facienda 4: honestum,
turpe, dubium, humile — 4. Exordii duo secundum Tullium sunt
genera: prohemium, insumatio. Effectus utriusque exordii tres esse
debent, ut scilicet auditores satis: dociles (si scientiam elementorum
15 breviter exponimus est si attentos faciemus), benivolos (A nostra
persona, Adversariorum, Auditorum, A re ipsa. A nostra persona, si
officium nostrum sine arrogancia laudabimus. Aut qualibet in rem
publicam aut parentes aut amicos aut eos ipsos, qui audiunt aliquid
referemus, dummodo sit ad propositum. Si nostra incommoda ab
20 adversariorum persona modicum proferemus inopiam, solitudinem,
calamitatem. Et si orabimus ut nobis sint auxilio insimul ostendendo
in aliis spem habere noluisse. Ab adversariorum persona — si eos in
odium in invidiam, in contemtionem adducemus. In odium si quis
spurge, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, flagitiose
25 factum proferemus. In invidiam — si vim, si potentiam, factionem,
divitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitem,
affinitatem adversariorum proferemus, et in his magis confidere quam
veritate. In contemtionem — si inertiam, ignaviam, desidia, luxuriam.
Ab auditorum persona — si res eorum fortites, sapienter, mansuete,
30 magnifice iudicatas proferemus: et si que de hiis extimatio que
iudicii sit expectatio aperiemus. A rebus ipsis — si nostram causam
laudando extollemus et adversariorum per contemtionem deprimemus),
attentos (si de magis et novis in pertinentibus ad reverendos patres, in
pertinentibus ad audientes, aut ad deorum immortalitatem et religio*,
35 ac si super hoc eos cogitabimus si docenda omnino exponemus, dicere

3 causarum] *sup. lin. P1* 19 referemus] *p. c. P1* incommoda] *coni. P1*

pollicebuntur).

|| attributa negotio quatuor:

P1 135v

continentia cum ipso negotio (vel potest dividi in causam summam
administrationem et illa in tria: post rem, in re, ante rem. Causa facti
5 summa facti. Victorinus dicit quod sententia non valet ad probationem,
sed amplificationem facti. Continentia cum negotio: sententia facti,
causa facti (ante rem, cum re, post rem): ra<(tio)cinativa, impulsiva.

in gestione negotii sunt hec: locus, tempus, modus, occasio, facultas
adiuncta negotio: maius, minus, simile, eque magnum, contrarium,
10 disparatum, genus, pars, eventus.

consecutio: nomen facti, usus facti inventorem, comprobatores, lex,
consuetudo, actio, iudicium, sententia, artificium

In gestione negotii: locus, tempus (preteritum, presens, futurum),
modus, facultas.

15 Rethorica omnino: prohemium, naratio, partitio, multiplicatio,
reprehensio, peroratio.

Quo rhetorica; in scripto — in ratione; de scripto et voluntate; de
contrariis legibus — an sit, id est coniuncturalis; de ambiguo — quid
sit id est diffinitiva; formativa; diffinitiva — quale sit, id est generalis;
20 an une sit indivisum id est translativum.

Vide quod attributa persone sunt hec: nomen — exemplum est
'ures, ergo urit rempublicam'; natura — "a iuvene et cupido credatur
reddita virgo"; victus — iste conversatus est inter bonos, ergo bonus;
fortuna — sponte omnia bona reliquit, ergo non est avarus; habitus;
25 affectio; studium; consilium; facta; casus; orationes.

generalis: - iudicialis: absoluta; assumpta (concessio, remotio, relatio,
comparatio, deprecatio, purgatio, cause, facti, imprudentia, casus,
necessitas); - negocialis.

Differentia rethorice et dyalectice: in materia, in usu, in fine;
30 rethorica, iudicialis, demonstrativa, deliberativa;

Partes rethorice: inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio.